Et an sit nulla obligatio Fidejussoris se in solidum , & principaliter obligantis , si principalis obligatio fuerit nulla : vide Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 59. n. 14., ubi hanc quæstionem proponit , & eam multis juribus difficilem reddit ; & vide etiam Altimar de Nullit. contract. tom. 3. rubr. 1. quæst. 14. n. 396., & tom. 6. quæst. 36. n. 244., & tom. 7. rubr. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. n. 533., Gabr. Per. dec. 17. n. 14., Sabell. in Sum. §. Fidejussor , n. 5.

(a) Hic est alias casus , in quo Fidejussor non tenetur propter nullitatem principalis obligationis , cui accessit ; videlicet quando fidejubet pro filio-familias pecuniam mutuam accipiente : nam cum sit ab omni jure prohibitum cum filio-familias contractum mutui celebrare ; ut multis DD. ostendimus supra in verb. *Empréstimo , quem ofizer a filio-familias , &c. , recte sequitur , quod propter nullitatem & resistentiam juris , cum qualis contractus inficitur , similiter obligatio Fidejussoris , ex juribus supra proximè relatis , eadem labe nullitatis tanquam inutilis reputetur.*

(b) Proponitur in hac Lege alias casus , in quo Fidejussor non tenetur propter nullitatem contractus ; videlicet quando fidejubet pro marito alienante bona immobilia absque consensu uxoris : quia cum hæc alienatio à Jure sit prohibita , ut jam supra notavimus in verb. *Bens de raiz naõ pôde render o marido , &c. ideo fidejussio accedens huic contractui pro nulla reputatur , & in nihil obligat Fidejussorem : de quo vide Barbos. in L. 1. p. 5. n. 23. ff. de Solut. matrimon. , Gabr. Per. dec. 64. num. 3., Ægid. in L. Ex hoc jure , p. 2. cap. 7. n. 33. ff. de Inſt. & Jur.*

(c) Fidejussor debitoris rerum fiscalium non exequitur , nisi principali excusso ; in hoc enim procedit Fiscus tanquam privatus , ex ea ratione , ut Fidejussores reperiantur , & invitentur ad Fisci contractus ; ut per Text. in L. Prior , ff. de Administr. ver. ad Civit. , & alios , notat Berart. in Specul. Visitat. cap. 24. num. 40., & ita disponitur in Regim. Reg. Patrimon. cap. 112., & cap. 156., & in Forali Reg. Basilic. cap. 117., & tenet judicatum

Peg. tom. 12. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. num. 15. & 16.

(d) Concordat Ord. lib. 3. tit. 92. , ubi decernitur , quod contra Fidejussorem de judicatum solvendo proceditur per sententiam latam contra ptincipalem absque novo processu : de quo vide supr. notata verb. *Fiador , que em Juizo prometteo pagar pelo Reo , &c. : quod tamen intellige , si bona debitoris non existant ; quia semper Fidejussor conservatur indemnus , dum in facultatibus debitoris executio potest fieri , ut declarat hæc Ordinatio , & supra notatum manet.*

(e) Fidejussorem de presentando delinquentem liberari per capturam ipsius Rei delinquentis manifestè patet ex hac Lege ; & de Jure probant Conciol. Resolut. crimin. 13. verb. *Cantio , Sabell. in Sum. §. Fidejussor , n. 63. versic. Item liberatur , Altimar de Nullit. tom. 5. quæst. 30. n. 205. quem etiam vide ad multa ex n. 105. , Phæb. dec. 193. in fin. , Cancer. lib. 2. Var. cap. 5. n. 133. & 134. , Calder. dec. 83. n. 22. ; & si ipse Reus moriatur , vel postea aufugiat , ad nihilum tenetur Fidejussor ; quod procedit etiamsi aufugiat à manu Judicis , vel eorum Officialium ; ut ex aliis dicit Sabell. d. n. 63., & vide Peg. tom. 2. ad Ord. lib. 1. tit. 3. glo. 54. n. 6. , & glo. 80. num. 9. : procedit amplius , etiamsi Reus minis , seu præceptis à Judice perterritus aufugiat , Calder. d. dec. 83. n. 20. , Sabell. in Sum. §. *Cantio , sub n. 31. versic. Quod si carceratus , ubi remissivè ; Altim. de Nullit. tom. 5. rubr. 1. q. 30. n. 140. ; & per easdem causas liberatur etiam Fidejussor de Judicio fisti , ut latifimè adducit Altimar d. q. 30. à n. 910. cum seqq.**

(f) Si exceptions adversùs sententiæ executionem oppositæ ad Superiorem remittantur sine suspensione ejusdem executionis , & viator exequens voluerit recipere quantitatem ab executione productam , tenetur præstare Fidejussorem ad eam restituendam , si debitor in exceptionibus viatoriam obtinuerit ; ita disponit hæc Ordinatio , & tenet Cortiad. part. 1. dec. 38. n. 85. cum multis , Moraes de Execut. lib. 6. cap. 9. n. 64. versic. Ita quis pretium : quod intellige , quando executio facta est in re mobili ; si autem fuerit in re immobili , non tenetur cavere nisi pro fructibus ; argument. Ordin. hoc Tit. §. 15. Moraes de Execution. d. cap. 9. n. 86. in fin.

Quod amplia etiam in casu , quo maritus petit restitutiohem ex capite uxoris minoris ; quia licet non suspendatur executio , ut supra notavimus verb. *Execuçao se espace pela restituçao do menor ; attamen viator exequens , etiamsi dives , & idoneus sit , tenetur præstare fidejussionem , ut in casu revocationis sententiæ possit uxor minor satisfieri de omni suo jure ; Phæb. dec. 61. n. 10. , Sylv. ad Ord. in lib. 3. tit. 41. §. 5. n. 5.*

Sed nostra principalis conclusio limitatur 1. in executione sententiæ latæ virtute scripturæ publicæ , in Judicio sumario per assignationem decem dierum ; ut refert judicatum Phæb. p. 1. arest. 17. , & p. 2. arest. 7.

Limitatur 2. in sententiæ alimentorum ; quia sine fidejussione traduntur viatori ; Phæb p. 2. arest. 89. , & cum multis Sylv. in Commentar. ad hunc §. n. 7.

Limitatur 3. in executione sententiæ partitionum ; quia nou obstante quacunque exceptione , mittuntur haereses in possessionem sine fidejussione ; Ordin. lib. 4.

tit. 96.

Fiança não dá o que tem bens de raiz desembargados, e que bastem, *liv. 4. tit. 5. in princip. (a)*

Fiança não deve dar o Tutor nomeado no Testamento, *liv. 4. tit. 102. §. 1. in fin. (b)*

Fiança não vale, quando não vale a principal obrigação, *liv. 4. tit. 48. §. 1. (c)*

Fiança dará a parte, que requerer a execução da sentença, quando ainda se espera por inquirições, que se tirarão fora do Reyno, *liv. 3. tit. 54. §. 13.*

Fiança não he obrigado a dar o Réo, que não possue bens de raiz, quando o Auctor

aprovou sua pessoa, *liv. 3. tit. 318. §. 5. (d)*

Fiança dá o Auctor a tornar a causa, que executa, em caso, que o condenado haja sentença pelos embargos recebidos na causa de dez dias, *liv. 3. tit. 25. (e)*

Fiança se deve dar com pessoa, que tenha bens, e domicilio no mesmo lugar do contrato, e da obrigação, *liv. 1. tit. 62. §. 38. (f)*

Fiança dá o que executa, sem embargo da restituição, que pede o casado, por ser sua mulher menor, *liv. 3. tit. 41. §. 5. (g)*

Fiança

tit. 96. §. 22., Barbos. ad Ord. lib. 3. tit. 86. ad hunc §. 3. n. 11., Phæb. part. 2. arest. 52., Guerreir. de Division. lib. 8. cap. 1. n. 11., Sylv. ad hunc §. n. 5. Sed vide sequentem Notam Senatoris Oliveira ad hanc Legem: Limita na execução da folha de partilhas, em que se recebe, sem fiança; Barbos. b. 2. n. 11., Mend. à Castr. p. 2. lib. 4. cap. 3. n. 10.; mas eu não aprovo esta opinião, e tenho julgado muitas vezes contra ella; quid quid sequatur Guerreir. de Division. lib. 8. cap. 1. ex n. 11. & 12.

(a) Fidejussionem præstare non debet qui habet in bonis, unde solvere possit; ita statuit hæc nostra Ordinatio, cum qua concordat Ord. lib. 4. tit. 102. §. 5., & lib. 3. tit. 31. §. 2.; & est conclusio in Jure stabilita, quam vide apud Barbos. in L. Si debitori, ff. de Judic. num. 156., Valasc. de Privileg. pauper. p. 1. q. 84. n. 87., Arouc. in L. Nec ei 17. §. Satisfatio 5. n. 5. ff. de Adoptionib., Hermosilh. L. 32. glof. 1. tit. 5. part. 5. num. 272., Altimar de Nullit. contr. tom. 3. rubr. 1. q. 5. n. 33., Peg. tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 38. glof. 45. n. 14., Guerreir. de Dat. Tut. & Curat. lib. 2. cap. 9. n. 47.; ideoque Fiscus Fidejussionem dare non tenetur, quia semper idoneus, & solvendo esse præsumitur; Altimar de Nullit. contract. tom. 5. rubr. 1. p. 3. q. 30. n. 239., Peg. tom. 12. ad Ord. lib. 2. tit. 52. §. 9. glof. 11. n. 60., Portug. de Donat. p. 3. cap. 37. n. 22., Maced. dec. 93. num. 2.

Et an hæc dispositio, scilicet, quod dives non tenetur dare Fidejussionem procedat etiam in casu, quo Lex requirit Fidejussionem pro forma: negativè tenet Castilh. lib. 4. Controvers. cap. 42. n. 73., Gratian. For. tom. 1. cap. 13. n. 11., Gusman de Eviçt. q. 50. n. 13. in fin. Altimar de Nullit. contr. tom. 5. rubr. 1. p. 3. q. 30. n. 33. Sed contrarium, imò quod quantumvis à Lege pro forma satisfactio requiratur, non teneri divitem eam præstare, dicit Arouc. in d. L. Nec ei, §. Satisfatio d. n. 5. ex ratione, quia hæc forma Legis ad effectum securitatis tantummodo inducitur, quam sufficit per æquipollens adimpleri, Barbos. in L. Divortio 8. §. Si vir, ff. de Solut. matrim. n. 34.

Sed limita 1. hanc conclusionem in debitore, cui Rex concedit spatium, ne molestetur à creditoribus, antequam finiatur; quia etiamsi dives sit, tenetur præstare Fidejussiones; ex Ord. lib. 3. tit. 37. in fin. princip.

Limita 2., quando aliquis petit, ut sibi tradantur bona absentis; quia etiam tenetur Fidejussionem præstare, in terminis Ord. lib. 1. tit. 62. §. 38., quamvis dives sit; ut tenet judicatum Peg. d. §. 38. n. 14., Arouc. supr. d. num. 5.

Limita etiam, quando Reus conventus ab aliquo Extero, vel Ecclesiastico, petit Fidejussionem ad expensas; quia non liberatur ejus præstatione, etiamsi dives sit; Ord. lib. 3. tit. 20. §. 6. in fin.

(b) Fidejussionem tenetur præstare quilibet tutor, excepto testamentario, ut dispositum invenitur in hac Lege; quod de Jure etiam probant Caldas in L. Si curatorem, verb. Sine curatore, n. 117., Antonel. de Tempor. legal. lib. 4. cap. 17. n. 13., Sabell. in Sum. §. Tutor, sub num. 12. verific. Quod Tutor; Cyriac. controv. 534. n. 16., Altimar Tom. I.

de Nullit. contract. tom. 5. q. 35. n. 937. verific. Tutores, Guerreir. de Dat. Tut. & Curat. lib. 2. cap. 9. n. 43.

Quod tamen limita, si ex aliquibus circumstantiis constaret ipsum tutorem testamentarium esse suspectum, vel si post testamētum factum ejus conditio mutata fuerit; veluti si ex divite pauper, aut ex amico inimicus testatoris sit factus, vel si improbitas ejus, quæ antea latebat, emergerit; his enim casibus sine Fidejussione non admittetur, ut dicit Harppr. ad Princip. Instit. de Satisfat. Tutor. n. 13., Antonel. de Tempor. legal. d. cap. 17. n. 14., Cyriac. d. controv. 534. n. 34., Altimar de Nullit. d. q. 30. n. 630., Phæb. p. 1. arest. 50.

Et licet tutor datus sit in testamento minus solemnis, aut postea rupto, confirmandus est per Judicem ad tutelam gerendam, perinde ac si in testamento tutor esset; ad cuius imaginem, ei quoque satisfactio remittitur, ut dicit Gutier. de Tutel. p. 1. cap. 23. num. 1., & probatur ex doctrina Cald. in L. Si curatorem, verb. Sine curatore, num. 60.

(c) Vide supra notata verb. Fiador não está obrigado a pagar por aquelle, que comprou fiado mercadorias, &c.

(d) Satisfare non tenetur debitor, quando ejus persona fuit à creditore approbata, dummodo fuerit in eodem statu, in quo erat tempore contractus; ita statuit in hac Lege, de cuius materia vide Berlich. p. 1. concl. 73. n. 57. & 58., Surd. cons. 411., Barbos. in L. In omnibus 41. à n. 58. ff. de Judic., Arouc. in L. Si Arrégator 22. ff. de Adoptionib. n. 3., Reynos. observ. 37. n. 23., Valasc. cons. 66. n. 33. & 34., Sylv. ad Ord. lib. 3. tit. 31. n. 56.

(e) Vide supra notata verb. Embargos na causa summaária, que nos dez dias não foram provados, &c. Et limita dispositionem hujus Legis, quando in scriptura contractus, super quo lata fuit sententia, de cuius executione agitur, apposita est clausula, quod creditor recipiat solutionem debiti absque Fidejussione; Phæb. p. 2. arest. 7. & Peg. For. cap. 1. n. 290. ubi refert judicatum; Sylv. ad Ord. lib. 3. tit. 25. ad princip. n. 118. & tit. 86. §. 3. n. 5., ubi judicatum etiam refert.

(f) Qui tenetur præstare Fidejussionem, illum debet præstare idoneum; & inter qualitates ad ejus idoneitatem justificandam una est, quod bona stabilia possideat in loco Judicii; Altimar de Nullit. contract. rubr. 1. p. 3. q. 30. sub n. 40. verific. Idonus & Gabr. Per. dec. 17. n. 1. & de Man. Reg. cap. 71. n. 6., Arouc. in L. Non aliter 18. ff. de Adoption. n. 4., Concil. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubra 14. num. 19.

(g) Decernit hæc Ordinatio, quod maritus petens restitutionem ex capite uxoris minoris adversus sententiæ executionem, licet eam non suspendat, attamen exequens tenetur præstare Fidejussionem, ut in casu viatoriae possit uxor minor satisficer de omni suo jure: de quo vide Valasc. de Partition. cap. 39. n. 52., Phæb. dec. 6 i. n. 9. verific. Hæc tamen, ubi in n. 10. ampliat, etiamsi exequens dives sit, quod jam supra notavimus verb. Fiança deve dar o que requer a execução, &c. in verific. Limita 4.

Xx (a) Vide

Fiança dá ás novidades o que venceo alguma herdade por sentença, que lhe foi embargada, *liv. 3. tit. 41. §. 15.*

Fiança dá o vencedor para lhe ser entregue o que vence por sentença, quando algum terceiro lha embarga, *ibid. §. 17. (a)*

Fiança he de vinte cruzados por cada anno de de gredo, *liv. 5. tit. 133. §. 1.*

Fiança se applica ao Hospital de Todos os Santos, daquelles, que se livraõ, e dos que vaõ degradados, *ibid.*

Fiança *in solidum* he poder o Crédor demandar qual fiador quizer pelo todo, *liv. 4. tit. 59. §. 4. (b)*

Fiança dá o devedor a quem El-Rey dá espaço para pagar, aindaque seja abonado, e tenha bens, *liv. 3. tit. 37. (c)*

Fiança dá o vencedor, que executa a sentença do feito, que corre, sem embargo de

o Réo demandado dizer, que tinha pa-
peis na India, e Brasil, e partes remotas,
para que em caso que por os ditos papeis
se revogue a sentença, tornar o que assim
receber com as custas em dobro, *liv. 3.
tit. 20. §. 26.*

Fiança naõ daõ os litigantes, quando El-
Rey lhes dá espaço nas demandas, por
irem á guerra, ou em armadas, *liv. 3.
tit. 37. §. 5. (d)*

Fiança haõ de dar os Juizes dos Orfaõs para
compõr os damnos delles, *liv. 1. tit. 88.
§. 54. (e)*

Fiança, que a mulher faz por outrem, pôde
ser relevada della pelo beneficio Velleano,
liv. 4. tit. 61. (f)

Fiança daõ as mulheres, que casaõ seguda
vez, de tornarem os bens móveis, ou di-
nheiro, que herdaõ dos filhos do primei-
ro matrimonio, *liv. 4. tit. 91. §. 3. (g)*

Fiança

(a) Vide ad hanc Ordinationem Mend. à Castr. p. 1.
lib. 3. cap. 21. n. 48., Gabr. Per. dec. 65. n. 3., Barbos. in L. Si
alienam, n. 19. ff. de Solut. matrim.

(b) Vide supra notata verb. *Fiadores, quando saõ dous,
ou mais, &c.*

(c) Vide supra notata verb. *Espaço, que El-Rey dá
aos devedores, &c.*

(d) Vide supra verb. *Demandas, quando El-Rey a man-
da espaçar ao que vay á guerra, &c.*

(e) Vide Fragos. de Regim. Reip. p. 1. diff. 15. §. 1. n. 5.,
Guerreir. de Dation. Tutor. & Curator. lib. 2. cap. 10.
num. 55.

(f) Disponit hæc Ordinatio, quod mulier pro alio
fidejubens, potest juvari beneficio S. C. Velleani, ut
nulla, ac invalida ejus obligatio reddatur; de cuius ma-
teria vide Ayllon ad Gom. *lib. 2. Var. cap. 13. n. 17.*, Ber-
lich. p. 2. concl. 19., Harppr. *in princip. Instit. de Fidejussor.*
ex num. 41., Gonçal. *in cap. Ex scripto 9. de Jur. jurand.*,
Manz. de *Fidejussor. cap. 3.*, Ægid. in L. *Ex hoc jure, p. 2.
cap. 7. à n. 1. & per tot.*, Molin. de *Just. & Jur. diff. 540. à
n. 2. & seqq.*, Novarium de *Privileg. miserabil. personar. pri-
vileg. 113. n. 14.*, Sabell. in *Sum. §. Senatus consultum à n. 3.*,
Rebell. de *Oblig. Justit. p. 2. lib. 16. q. unic. n. 7.*, Guerreir.
de Division. lib. 7. cap. 1. n. 28.

Limita tamen 1. hanc conclusionem, quando mu-
lier fidejussor extitit pro libertate mancipii ad aliquid
solvendum; ut declarat hæc Ordinatio in §. 1. *hujus Tit.*, &
tenet Molin. de *Just. & Jur. diff. 540. n. 14.*, Hering. de
Fidejussor. cap. 7. à n. 437., Manz. de *Fidejussor. cap. 3. à
n. 20.*, Ægid. in L. *Ex hoc jure, p. 2. cap. 7. n. 5.*, Sabell. in
Sum. §. Senatus consultum, n. 4. versic. Nec quando.

Limita 2., quando mulier fidejussor existat pro so-
lutione dotis alteri mulieri promissæ, si postea sequa-
tur matrimonium ritè celebratum; Ord. *hoc Tit. §. 2.*,
Valasc. *conf. 127. ex n. 1.*, Boff. de *Dot. cap. 9. à n. 93.*, Gom.
in L. 50. Taur. n. 26., Manz. de *Fidejussor. cap. 3. n. 21.*, Card.
de *Luc. tit. de Dote, d/c. 19. à n. 19.*, Barbos. in L. 1. p. 3.
n. 52., Ægid. in d. *cap. 7. n. 5.*, Guerreir. de *Division. lib. 7.
cap. 1. n. 28.*, Novar. d. *Privileg. 113. n. 22.*, Cyriac. *con-
trov. 295. num. 7.*, Altimar de *Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1.
p. 4. q. 38. n. 191. in fin.*

Limita 3., quando mulier deceperit creditorem,
veluti, si veste virili induita virum se esse simulaverit,
vel simili modo fraudulenter se gesserit, quia tunc non
gaudet hoc beneficio; Ord. *hoc Tit. §. 3.*, Manz. de *Fide-
jussor. cap. 3. n. 16. & 38.*, Molin. de *Just. & Jur. diff. 540.*

n. 18., Harppr. *in princip. Instit. de Fidejussor. n. 61.*, Sabell.
d. §. *Senatus consultum, sub num. 4. versic. Nec suffragatur;*
Cald. de *Renovat. emphyt. q. 16. n. 55.*, Arouc. in L. 1. ff. de
Just. & Jur. n. 23., Sous. de *Maced. dec. 22. n. 21.*

Limita 4., si mulier hæreditatem emat, & pro sol-
vendis debitis ejusdem hæreditatis fidejussor fiat; vel si
alicui debitrix sit, & fidejubeat pro suo creditori in
æquali quantitate, & similibus; quia in his casibus non
juvatur Velleano; Ord. *hoc Tit. §. 4.*, Rebell. de *Oblig.
just. p. 2. lib. 16. q. unic. n. 12. versic. Ultimo*, Molin. de *Just. &
Jur. diff. 540. n. 19.*, Hering. de *Fidejussor. cap. 7. à n. 412.*,
Manz. de *Fidejussor. cap. 3. num. 13.*, Cyriac. *controv. 129.
num. 36. & 37.*

Limita 5., si mulier fidejussor pro aliquo facta,
postea ejus hæres effecta sit; Ord. *d. tit. §. 5.*, Molin.
ubi supr. d. n. 19., Hering. d. *cap. 7. n. 443.*, Manz. de *Fide-
jussor. d. cap. 3. n. 24.*

Limita 6., quando mulier pro fidejussione postea re-
cipit eamdem quantitatem, pro qua fidejussit, Ord. *d.
tit. §. 6.*, Menoch. de *Arbitr. ca. 234.*, Gam. *dec. 121.*,
Mantic. de *Tacit. & ambig. lib. 1. tit. 10. n. 11.*, Manz. de *Fide-
jussor. cap. 3. n. 27.*

Limita 7., si mulier fidejussit pro excarcerando
marito; Andreol. *controv. 276.*, Gratian. *For. cap. 952.*,
ubi ampliat etiamsi nondum sit carceratus, justè tamen
adgit carcerationis timor.

Et an mulier fidejubens pro alio, insimul cum ma-
rito suo juvetur Velleano contra Fidejussionem; vide
Gam. *dec. 131.*, Barbos. in L. 1. part. 3. ff. de *Solut. ma-
trim. num. 59. versic. Ulterioris, & num. 60. cum seqq.*, Ægid.
*in L. Ex hoc jure, p. 2. cap. 7. ex num. 18. cum seqq. ff. de Just.
& Jur.*

(g) Disponit Ordinatio in §. 2. *hujus Tituli*, quod
mater jam vidua succedens ab intestato filio suo, si
postea transeat ad secundas nuptias, tenetur reservare
filii prioris matrimonii illa bona, quæ sibi obvenerunt
per mortem filii; de quo vide infra notata verb. *Filho
se fallecer ab intestato, e a māy lhe succeder na herança, &c.*
Et postea in hoc §. decernit, quod si hæc hæreditas
consistat in rebus mobilibus, vel pecunia, tenetur præ-
stare Fidejussionem pro restitutione indefectibili talium
bonorum: quæ Ordinatio desumitur ex L. *Hac edit. ali 6.
Cod. de Secund. nuptiis*; ex quo sequitur, quod si mater
non præstet Fidejussionem, talia bona auferentur ab ea,
sicut disponitur in eadem Lege, & dicit Cordeir. de *Nat-
ural. succeſſ. dub. 17. n. 48.*

(a) Diffe-

- Fiança naõ daõ os pays , que casaõ segunda vez , dos móveis , ou dinheiro , que herdaõ dos filhos do primeiro matrimonio , *liv. 4. tit. 91. §. 4. (a)*
- Fiança , sobre que algum se livra , se perde para o Hospital , chamando-se o Réo ás Ordens , *liv. 5. tit. 132. §. 2. (b)*
- Fiança do marido nas rendas d'El-Rey sem outorga da mulher , val em todos os bens móveis , e nos de raiz , em quanto á amé-tade do marido sómente , *liv. 4. tit. 60. (c)*
- Fiança ás custas dá o que querela no caso , q̄ a elle naõ tóca , *liv. 5. tit. 117. §. 6. e 7. (d)*
- Fiança daõ os Alcaides , ou Meirinhos , quando querelaõ , *ibid. §. 6. (e)*
- Fiança dá o Clerigo , que querela , ainda-
- que o caso lhe tóque , *ibid. §. 8. (f)*
- Fiança dada até certo tempo para se livrar al-guem , fica obrigado como d'antes , se se lhe refórmā mais tempo , *liv. 5. tit. 132. §. 3. (g)*
- Fiança dada para contrato , ou renda d'El-Rey até certo tempo , fica sempre obriga-do , se se refórmā mais tempo , sem em-bargo de se nella pôr contrária condiçāo , *liv. 5. tit. 132. §. 3. (h)*
- Fiança ás custas deve dar o Auctor a requeri-mento do Réo ; e naõ a dando , ficará obrigado a pagar da cadêa ; mas se for Estrangeiro , ou isento da jurisdiçāo Real , e naõ dér a dita fiança , será condemnado nas custas , e o Réo absoluto da instância , *liv. 3. tit. 20. §. 6. (i)*

Fiança

(a) Differentiam notabilem constituit Lex inter pa-trem , & matrem secundò nubentes , quando ab intestato succedunt in hæreditate filii prioris matrimonii ; nam quando mater succedit , requirit , quod præstet Fidejus-sionem de restituendo bona mobilia aliis filiis ejusdem matrimonii procreatis ; quando verò succedit pater , non tenetur talē Fidejussionem præstare : rationem hujus differentiæ in Doctoribus non invenisse testatur Cordeir. *Dubit. 17. n. 37.*, & eam præstare conatur in n. 38. ubi vide.

(b) Vide Gabr. Per. de M.m. Reg. cap. 74. n. 3.

(c) Vide supra notata verb. *Conrrato* , em que o mari-do for fiador sem outorga de sua mulher , &c.

(d) Decernit Ordinatio in hoc §. , quod accusator de crimen publico ad illum non attinente , debet præ-stare Fidejussionem pro solutione expensarum , damni , & interesse ab ipsa accusatione procedentis ; de quo vi-de Barbos. in *L. Divortio* , §. *Interdum* , n. 41. prop. fin. ff. de *Solut. matrimon.* , Gratian. *For. cap. 706. à n. 42.* , Sabell. in *Sum. §. Accusatio* , sub n. 6. versic. *Quod aliquando*.

Dubium tamen est , an sit nulla querela , si forte hæc Fidejussio deficiat , itaut justitia locum non habeat ad accusationem prosequendam : pro parte negativa urget ratio , quod non omne id , quod Lex requirit , for-mam inducit , ut latè explicat cum multis Salgad. in *Labyrint. credit. p. 1. cap. fin. n. 37.* ; & talem Fidejussionem non esse hic positam pro forma probatur aperte ex §. 16. *bujus Tit.* , ubi Legislator jubet accusationem fieri à Promotore Justitiae , nolente denuntiatore accusare , ex pecunia ejusdem denuntiatoris , vel Fidejussoris , & in defectu Fidejussionis jubet denuntiatorem carcerari , quod non justisset , si denuntiatio fuisset nulla. Sed pars affirmativa verior est , scilicet , quod si denuntiator non præstet Fidejussionem in forma hujus Legis , erit nulla , ut constat ex finalibus verbis hujus §. , & tenet Phæb. *p. 2. art. 101.* , Mend. in *Pr. p. 2. lib. 5. cap. 1. n. 6.*

Nota tamen , quod denuntiator post quarelam po-test quocumque tempore Fidejussionem præstare , ante-quam à parte hæc nullitas opponatur; Phæb. *p. 2. art. 102.*

(e) Tenentur etiam Officiales Justitiae præstare Fi-dejussionem , quando aliquem accusant , tanquam qui-libet de populo : ad cuius intelligentiam nota , quod isti Officiales non admittuntur ad accusandum de cri-mine publico , nisi in eorum favore aliquā poena sit applicata ; ut fuit judicatum apud Phæb. *p. 1. art. 143.* , & apud Mend. à Castr. *p. 2. lib. 5. cap. 2. in fin.*

Et an isti Officiales denuntiatores possint per se de-nunciatos capere ? negat Bovadilh. in *Politic. lib. 1. cap. 13. n. 41.* , ex Text. in *L. I. Cod. de Curiis* ; dicit tamen , quod si eis obvii fuerint , possunt eos detinere , & capere.

(f) Clerici , seu aliæ personæ Ecclesiasticae , si de-nuntiaverit laicum pro aliquo crimen in Judicio secu-lari , debent Fidejussionem præstare , ut statuit hæc Lex;

Tom. I.

& constat ex Concordia Regis Dionysii , & Regis Joani-nis I. apud Gabr. Per. de M.m. Reg. Concord. 17. n. 157. , & Concord. 31. n. 204. , Cald. de Empr. & Vend. cap. 33. n. 4.

(g) Quando aliquis Fidejussionem præstat , ut à cri-mine extra capturam defendi , & liberari possit intra cer-tum tempus , si postea hoc tempus reformatur , Fide-jussor obligatio semper firma remanebit ; ita disponit hæc Ordinatio , & vide Phæb. dec. 131. n. 21.

Et si Fidejussor ante sententiam decebat , an ejus hæredes teneantur ? vide Solorzan. in *Allegat. contra bienes, e herederos à n. 197.* , Phæb. d. dec. 131. n. 22.

Quid autem si in reformatione temporis , quam solet facere Senatus Palatinus , jubeatur , quod etiam Fi-dejussio reformatur , an saltem in hoc maneat primus Fidejussor ab obligatione immunis ? vide supra verb. *Desembargador do Paço hum sôpode dar reformação de tempo*.

(h) Disponitur in hac Lege , quod si debitori ex con-tractu , vel locatione redditum Regalium reformatur tempus obligationi præfinitum , non liberabitur Fidejussor ; sed semper remanebit obligatus pro tempore ipsi debitori prorogato : quæ dispositio videtur adversari Regulæ in Jure communi satis probatae , scilicet , quod facta temporis prorogatione , liberatur Fidejussor ; de quo Noguerol *alleg. 21. n. 26.* , Salgad. in *Labyrint. credit. p. 1. cap. 34. n. 1.* , August. Barbos. *art. 86. n. 17.* , Mend. à Castr. *p. 2. lib. 5. cap. 1. n. 29. versic. Item cautionem* , Rox. de *Incompatibilit. p. 1. cap. 3. n. 19.* & ibi Aquil. qui plures citat n. 7. , Antonel. de *Tempor. legal. lib. 1. cap. 28. n. 1.* , & seqq. , Phæb. dec. 131. n. 12. , Gabr. Per. dec. 20. n. 2. , Sabell. *refol. 30. n. 10.* , Peg. *tom. 2. ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 17. glos. 54. n. 5.*

Sed facienda est distinctio inter casum , quo tem-pus adjicitur obligationi facienda , veluti conductio-nis ; quia tunc si prorogatur tempus obligationis aut contra-ctus ultra illud , liberatur Fidejussor à nova obligatione prorogata ; & inter casum , quo tempus non apponitur ad obligationem , sed ad solutionem v. g. post annum , & accessit Fidejussor ; quia tunc etiam si prorogetur hic terminus solutioni adjectus , non liberatur Fidejussor ; & secundū primum casum debent intelligi Doctores supra citati ; & in secundo casu procedit dispositio no-stræ Ordinationis , & ita placuit Senatui , ut se audivis-se testatur Phæb. dec. 131. n. 18. , & ita tenent Cyriac. *controv. 249. à n. 2.* , Salgad. in *Labyrint. credit. d. cap. 34. n. 3.* , Pacion. de *Locat. cap. 64. num. 11.* & seqq. , Cald. de Empt. & Vendit. cap. 23. n. 71. , Gabr. Per. d. dec. 20. n. 3. , Gutierrez. de *Juram. confirmat. p. 1. cap. 49. n. 14.* , Sabell. in *Sum. §. Prorogatio* , n. 3.

(i) Hunc §. latè explicat Sylv. in *Commentar. ad il-lum* ; & vide supra verb. *Absoluto da Instância he o Reo , quando o Auctor he Estrangeiro* , &c. ; & verb. *Autor Estrangeiro est obligado a dar fiança* , &c.

Fiança dá a pessoa, que for presa, por trazer seda, *liv. 1. tit. 29. §. 10.*

Fiança daõ os Alcaides, antes que sirvaõ, *liv. 1. tit. 75. §. 3. (a)*

Fiança daõ os Taballiaes Judiciaes para servirem seus Officios, *liv. 1. tit. 81. §. 2. (b)*

Fianças, que daõ os que se livraõ em casos crimes, se se quebraõ, saõ applicadas ao Hospital de Todos os Santos de Lisboa, *liv. 5. tit. 132. (c)*

Fianças, que se perdem em casos crimes, de que algumas pessoas se livraõ no Juizo da Fazenda, se applicaõ ao Hospital de Todos os Santos, *liv. 1. tit. 29. §. 12.*

Fiança, que faz o homem casado sem consentimento de sua mulher, naõ prejudica á mulher, *liv. 4. tit. 60. (d)*

Fiança dá o Réo demandado sobre coufa movele, naõ possuindo bens de raiz, que valhaõ outro tanto, a que naõ desbaratará a dita coufa até o feito ser findo; e naõ a dando, se põem em sequestro a dita coufa, *liv. 3. tit. 31. (e)*

Fiança dá o condemnado, que agrava, naõ possuindo bens de raiz bastantes para pagar a condemnaõ; e naõ a dando, será logo a sentença executada, *liv. 3. tit. 84. §. 14. (f)*

FIDAL-

Et nota, quod licet haec fidejussio non detur, non ideo processus erit nullus; Gabr. Per. dec. 109. num. 1., & de Mar. Reg. part. 3. cap. 71. num. 4., quidquid dicat Barbos. in L. Divortio, §. Interdum, num. 30. versic. Ceterum, ff. de Solut. matrimon., Mend. in Prax. part. 2. lib. 1. cap. 3. n. 12.

Nota etiam, quod licet Exterus, vel alia quaelibet persona à jurisdictione Regia exempta, qui ad Judicium tanquam Actor appulerit, sit idoneus, & dives, non ideo excusabitur à præstatione Fidejussoris ad expensas litis, ut declarat haec eadem Lex, & non sufficiet præstare cautionem juratoriam; Mend. in Prax. p. 2. lib. 1. cap. 3. n. 12.

Nota amplius, quod Advocatus non debet recipi pro Fidejussore in causa sui clientis; Conciol. verb. Advocatus, num. 3.

Nota denique, quod licet subditus Judicis secularis non teneatur præstare Fidejussorem, & sufficiat obligari ad solvendas è carcere litis expensas; attamen non procedit in muliere, quæ est difficilioris excursionis, cum pro debito civili carcerari non possit, ut dicit Cordelij. dubitat. 29. n. 57., & ideo tenetur præstare Fidejussorem; ita judicavit Senatus in causa Annae Mariae Antoniae Bamboleum de Faria; scriba Dominico de Sousa Raphael Judicij Praelidis Civitatis anno 1726. Judicibus Maciel, Coelho, Franca. Et idem tenet etiam judicatum Peg. For. cap. 16. n. 123., Sylv. in Commentar. ad hunc §. num. 3., qui limitat in meretrice, ex Ord. lib. 4. tit. 76. §. fin.

(a) Alguazellum debere præstare Fidejussorem in ingressu Officii statuit nostra Lex. Sed dubium est, an si eligatur ad hoc Officium homo dives, & facultatibus idoneus, teneatur præstare Fidejussorem: negativè refolvit Barthol. in L. Qu'cumque 2. Cod. de Feud. patrimonial. lib. 11., quem citat Peg. in Commentar. ad hunc §. n. 7., & sequitur Alexander in L. 1. ff. Qui satisfare cogantur; nam qui habet in bonis unde solvat, non cogitur Fidejussorem præstare, ut disponit Ord. lib. 3. tit. 31. §. 2., & lib. 4. tit. 5. in princ., & tit. 102. §. 5.; & supra notavimus verb. Fiança naõ dá o que tem bens de raiz, &c.; quod manifestè patet ex Leg. Extravag., quæ est in Ord. lib. 1. tit. 77. Coll. 1. n. 1., ubi decernitur, quod Commentariensis, pro fidejussione, quam tenetur præstare, potest offerre bona immobilia, si ea habeat sufficientia: & licet Peg. ab hac opinione recedat in d. n. 7., ejusque opinionem faveat Gusman de Evit. q. 50. n. 13., & n. 30., Altim. de Nullit. tom. 5. rubr. 1. p. 3. q. 30. n. 33., attamen vera videatur opinio Bartholi, & amplectenda in hoc casu, & eam postea amplectitur idem Peg. tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 80. §. 2. n. 1.; nam Ordinatio quoties vult Fidejussorem præstari à divite, id expressè declarat; ut in Ord. lib. 3. tit. 20. §. 6. in fin., & tit. 37. in fin. princip. Nec videtur obstare, quod Ordinatio in principio hujus Tituli qualitatem divitiarum in eligendo ad hoc munus requirat in verbis: Que se jõ abonados, quia hoc debet intelligi, non de abun-

dantia divitiarum ad satisfactionem cuiuslibet danni sufficientium, sed ne eorum egestas dum saturari queritur, à Justitia declinet, ut ex Glos. ad Div. Paul. Epist. 1. ad Thebesalon. vers. 12. dicit Bovadilh. in Polit. lib. 1. cap. 12. n. 22., Barbos. ad Ord. lib. 1. tit. 1. ad princ. n. 6., Guerreir. tract. 1. de Inventar. ad Rubr. p. 1. n. 71., idem Peg. tom. 1. ad Ord. lib. 1. tit. 1. ad princ. glos. 20. n. 1.

Si autem electus fuerit pauper, cogaturque inseruire, & non inveniat Fidejussorem, an tunc sufficiat cautio juratoria? videtur posse admitti, si non inveniatur aliis idoneus in bonis, vel cum fidejussione; argum. Ord. lib. 4. tit. 102. §. 5. vers. E naõ fendo abonado.

(b) Vide supra notata, quæ hic deseruire possunt, si casus occurrit; nam sicut Alguazellus si fuerit dives non tenetur præstare Fidejussorem, ita nec Tabellio, vel Notarius; & ita tenet Peg. tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 80. glos. 4. ad hunc §. n. 1. amplectens Bartholi opinionem, quam respuerat in Commentar. ad tit. 75. §. 3. glos. 5. n. 7.

(c) Quantitatem fidejussionum, quam Reus obtulerit ad se defendendum, atque à crimine expiandum, esse applicatam Hospitali omnium Sanctorum Civitatis Lisbonensis in casu, quo ea deperdatur, patet etiam ex Leg. Extravag., quæ est in Ord. lib. 1. tit. 29. Coll. 1. n. 1., & eam transcritit Peg. tom. 14. ad Ord. in Addit. ad tit. 3. sub num. 84.

Ad verb. Se se quebraõ, dubitatum fuit, an etiam in casibus condemnationis possit peti à Fidejussore quantitas ipsius condemnationis; quia cum Lex in illis verbis non loquatur de condemnatione, sed tantummodo de infractione, videbatur non comprehendendi in illa; ast judicatum fuit, quod in utroque casu poterat Fidejussor pro solutione execui; Phæb. p. 1. arest. 81.

(d) Vide supra notata verb. Contrato, em que o marido for fiajador sem outorga de sua mulher, &c.

(e) Vide ad hanc Ordinationem Valasc. conf. 66. à n. 6., late Sylv. in Commentar. ad hanc Ord., Phæb. p. 2. arest. 87. versic. Ultrim.

Ad verb. Sobre coufa movele; & verb. Se lhe põem em sequestro. An si litigium versetur super re immobili, habeat etiam locum sequestratio? vide Castilh. lib. 8. Controvers. cap. 13. n. 21., Andreol. controv. 264.

(f) Decernitur in hac Lege, quod per sententiam à qua supplicatur, non sit executio per spatum sex mensium, si pars bonis immobilibus carens Fidejussorem idoneum præstet: ad quam Ordinationem nota in praxi, quod si pars condemnata notoriè sit dives, statim supersedetur in executione; si autem ita Judici non videatur, admittitur ad probandum per testes facultates suas; qui sane testes tanquam Fidejussores remanebunt, secundum Text. in L. Cum ostendimus 4. §. ult. ff. de Fidejussor. Tutor., Mend. in Prax. p. 1. lib. 3. cap. 21. n. 14., Cresp. obseru. 83. à n. 64., plenè Azeved. in lib. 13. Recopil. tit. 9. ex num. 8. Contrarium tamen defendit Fragos. de Regin. Reip. p. 1. disp. 22. n. 17. versic. Nihilominus. Et vide Moraes de Execut. lib. 6. cap. 13. n. 66. versic. Et testes.

(a) Ad

FIDALGOS tem preeminencia , e qualidade huns mais que outros , Regim. do Paç. §. 3., e tit. 48. in princip. , e tit. 54 in princip. , e liv. 5. tit. 43. §. 1., e tit. 119. §. 3., e tit. 120. in princip. (a)

Fidalgos naõ podem haver bens nos Reguengos , liv. 2. tit. 17. (b)

Fidalgos podem ter bens nos Reguengos , nos quaes naõ saõ obrigados morar pessolmente , ibid.

Fidalgos podem haver bens nos Reguengos , em que os possuidores podem vender as herdades , e casas , que nelles tem , ibid.

Fidalgos , e seus Mordomos naõ pousem nas Igrejas , e Mosteiros , nem lhes tomem suas casas , ou mantimentos contra vontade dos

Abbades , e seus Clerigos , liv 2.tit.21. (c) Fidalgos naõ façaõ despesas em suas Terras em prejuizo das Igrejas , liv. 2. tit. 23.

Fidalgos , se declaraõ em testamento , ou em seu livro , haver pago a seus criados , saõ criados , liv. 4. tit. 33. §. 2.

Fidalgos naõ façaõ novamente Coutos , nem Honras em seus herdamentos , liv. 2. tit. 48. (d)

Fidalgos naõ acoutem malfeiteiros em seus Coutos , Bairros , ou Casas , liv. 5. tit. 104. (e)

Fidalgos naõ comprem para regatear , liv. 4. tit. 16. (f)

Fidalgos , Cavalleiros , Doutores , e semelhantes pessoas , naõ podem ser presos por dívidas , nem por caſos crimes leves , se naõ em homenagem , liv. 5. tit. 120. (g)

Fidal-

(a) Ad hoc verbum *Fidalgos* licet declarare diversas illorum species ; & ut ipsæ clarè colligi possint , vide sequentem Notam Senatoris Oliveira ad Ord. lib. 3. tit. 59. ad §. 15. A palavra *Fidalgo* he generica , que comprehendere varias , e diversas especies de *Fidalgos* : buns se dizem *Fidalgos de Solar* , de que falla a Ord. liv. 5. tit. 120. no princip. , e liv. 3. tit. 59. §. 15. , e liv. 1. tit. 65. §. 26. : outros *Fidalgos de Solar* conhecido , de que falla a Ord. liv. 5. tit. 92. §. 9. : outros de Solar grande , de que falla a Ord. liv. 5. tit. 35. §. 1.; e quaes sejaõ , e porque se chamaõ *Fidalgos de Solar* trata Gurierr. Practic. Quest. lib. 3. q. 16. per tot. , Azeved. lib. 6. nove Recopil. st. tit. 2. , Larrea alleg. Fiscal. 46. n. 13. , Garcia de Nobilit. gl. 18. , ubi explicat , que couſa seja Solar conhecido , Marta de Jurisdict. p. 1. cap. 26. à n. 74. , idem Gurierr. d. lib. 3. cap. 13. ex n. 8. , Carvalb. de Testam. p. 1. n. 204. , Moraes de Execut. lib. 4. cap. 8. n. 108. , Nobiliarch. Portug. cap. 16. per tot. , ubi bene , & latè , que couſa seja Fidalgo , e Fidalgo de Solar ; e quanto sejaõ os Solares trata o Chantre Sousa , e Severim nas Noticias de Portugal discut. 3. §. 1. in fin. Ha outros *Fidalgos de Linhagem* , de que faz menção a Ord. liv. 4. tit. 104. §. 5. , que saõ os que procedem de Arvos antepassados , que forao *Fidalgos*. Ha outros *Fidalgos assentados nos livros d'El-Rey* , de que falla a Ord. liv. 5. tit. 120. no princip. , e liv. 3. tit. 59. §. 15. , que saõ os que chamamos filhados , que he o mesmo que tomados pelo Rey para o seu serviço , da palavra antigua filhar , que he o mesmo que tomar com autoridade legal , e jurídica. Ha outros que se chamaõ *Fidalgos da Cotta de armas* , de que falla a Ord. liv. 1. tit. 65. §. 26. , & explicat Thom. Vaz alleg. 13. n. 239. Outros se dizem *Fidalgos feitos por especial mercê d'El-Rey* , diversos dos assentados nos livros , como se vê da Ord. liv. 5. tit. 92. §. 6. Outros se chamaõ *Fidalgos notaveis* , como diz a Ord. liv. 5. tit. 43. §. 1. E naõ ha neste Reyno outra casta de *Fidalgos* , on outro nome , por que se explique a *Fidalguia* ; sendo que em Hespanha ha tambem *Fidalgos* , que chamaõ de vingar quinhentos soldos , dos quaes falla Coyarruv. no seu *Theſour. da ling. Castel.* verb. *Fidalgo de vingar quinhentos soldos* , onde declara quaes sejaõ. Iſti Fidagi , qui vocantur de vingar quinhentos soldos , etiam in hoc Portugaliæ Regno memorantur in quadam Foral Regis Alphonsi III. ut refert Brandaõ in Monarch. Lusit. tom. 5. lib. 16. cap. 19. in princ. Et vide latè Moraes de Execut. lib. 4. cap. 8. à n. 83.

(b) Vide supr. verb. *Bens nos Reguengos* , que se podem vender , podem haver os *Fidalgos* , &c.

(c) Haec Ordinatio fuit stabilita in Concordia 1. Regis Sancti II. artic. 7. , quam refert Gabr. Per. de Man. Reg. in Concordiis Regni , post 1. p. n. 9. , & in Concord. 2. ejusdem Regis n. 14. Et in Concordiis Regis Dionysii Concord. 9. n. 149. , & Concord. 12. n. 152. , & Concord. 15. n. 132. , & Concord. 25. n. 165. Et in Concord. 7. Regis Alphonsi V. n. 273. Et in Concord. 11. Regis Sebastiani n. 277. Et in Concord. 33. Regis Joannis I. n. 206. Et adjice huic Or-

dinationi ea , quæ latè refert Lagun. de Fructib. p. 1. cap. 32. §. 3.

(d) Vide supra notata verb. *Coutos naõ podem fazer os Fidalgos* , &c.

(e) Vide de materia hujus Legis Basilic. dec. 30. , Calder. dec. 60.

(f) Vide supra verb. *Comprar para regatear naõ podem os Clerigos , e Fidalgos* , &c.

(g) Nobiles , & Doctores pro debito Civili , & pro Crimine , quod non meretur poenam capitalem , non debent in carcerem publicum detrudi , sed illis conceditur homagium ; Mend. à Caſtr. p. 2. lib. 5. cap. 1. num. 23. , Salgad. de Reg. proteſt. p. 2. cap. 4. n. 97. , Balmased. de Collect. q. 97. , Boler. de Deſtorib. tit. 1. q. 8. , Berlich. p. 2. concl. 28. ex n. 38. , & seqq. , Phæb. p. 2. areſt. 50. , Villas-boas in Nobiliarch. cap. 16. , Guerreir. tract. 3. de Muner. Jud. Orphan. lib. 2. cap. 2. n. 27. Quod intellige , quando notoriè constat de nobilitate , alias carcerantur usque ad cognitioinem illius ; Phæb. p. 2. areſt. 50. verſic. Et aliquando ; Thom. Vaz alleg. 13. n. 228.

Amplia 1. in Magistris Artium , Carvalh. in cap. Raynaldus , de Testam. p. 1. n. 283.

Amplia 2. in Licentiatis , Carvalh. supr. num. 276. & 277.

Amplia 3. in Advocatis , ut dicit idem Carvalh. in d. cap. Raynaldus , de Testam. p. 1. n. 284. , & n. 291. , Salgad. de Reg. proteſt. p. 2. cap. 4. n. 74. ; & in Advocatis Curiae tenet judicatum Phæb. p. 1. areſt. 58. , quem etiam citat , & sequitur Coſt. in Styl. Dom. Supplicat. amot. 17. num. 14. , Mend. à Caſtr. p. 2. lib. 5. cap. 1. n. 24.

Amplia 4. in illis , qui habent privilegium Infanctionum , vulgo dos Infanções , ut tenet judicatum Senaor Themudo in quadam Nota ad hunc Tit. , & de hoc privilegio vide Cabed. p. 2. dec. 107. , & illo fruuntur Civis Lisbonenses , ex indultis Regiis , quæ transcribit Peg. tom. 7. ad Ord. lib. 1. tit. 90. §. 2. gl. 4. sub n. 5.

Amplia 5. in Ducibus , & cæteris militiae Officiibus das Companhias da Ordenança , ut fuit declaratum in quadam Sententia , quam transcribit Peg. tom. 9. ad Ord. lib. 2. tit. 33. ad rubr. cap. 24. n. 258. , quamvis contrarium tenet Carvalh. de Testam. p. 1. n. 401. , Barbos. ad Additam. ad Ord. lib. 5. n. 100.

Et nota , quod si filius habeat privilegium nobilitatis , propter quod illi concedi debeat homagium , illo etiam potitur pater , sicut filius potitur privilegio patris ; Boff. de Patr. potest. cap. 3. n. 271. , Calder. tom. 2. dec. 78. ex n. 6. , Phæb. p. 2. dec. 155. , & areſt. 76. Si vero pater exerceat officium mechanicum , non fruetur nobilitate filii , ut à fortiori probat Ord. lib. 4. tit. 92. §. 1.

Limita tamen 1. suprapositam conclusionem in nobilibus , qui vocantur *Fidalgos de Cotta de armas* ; Fragos. de

Fidalgos naõ impidaõ em suas terras arrendarem-se as rendas das Igrejas , a quem os Prelados quizerem , *liv. 2. tit. 23.*

Fidalgo naõ pôde procurar em Juizo , senão pelas pessoas , que com elle viverem , e seus Caseiros , Amos , e Mordomos , *liv. 3. tit. 28. (a)*

Fidalgos de Solar tem credito em suas escripturas , como se fossem públicas , sendo contra elles , *liv. 3. tit. 59. §. 15. (b)*

Fidalgos naõ podem ser mettidos a tormento , senão nos casos de crime de Lesa-Magistade , aleivosia , falsidade , moéda falsa , testemunho falso , feiticeria , sodomitâ , alcovitaria , e furto , *liv. 5. tit. 134. §. 3. (c)*

Fidalgos , que usaõ mal das Terras , que d'El-Rey tem , ou fazem o que naõ devem , sendo citados , haõ de apparecer

pessoalmente ante El-Rey , *liv. 3. tit. 7.*

§. 1. (d)

Fidalgos , que tem jurisdição , naõ apropriem para si as quintas , ou terras , que ficaõ ermas , *liv. 4. tit. 43. §. 15. (e)*

Fidalgos , em cuja fidalguia ha dûvida sobre caso de rapto , que se faça saber a El-Rey , antes que se julgue , *liv. 5. tit. 18. §. 4. (f)*

Fidalgo , que dorme com mulher casada de homem de menos qualidade , naõ se executa nelle a pena de morte , sem o fazer saber a El-Rey , *liv. 5. tit. 25.*

Fidalgo , que tira moça de casa de seu paço por sua vontade , por assagos , e induimentos , que lhe fez , he riscado dos livros d'El-Rey , e perde toda a tença , que delle tiver , e he degradado para Africa até mercê d'El-Rey , *liv. 5. tit. 18. §. 3. Fidal-*

de Regin. Reip. p. 1. lib. 3. disp. 6. n. 146., Moraes de Execut. lib. 4. cap. 8. n. 104., Thom. Vaz alleg. 13. n. 239., Guerreir. de Dat. Tut. & Curat. lib. 2. cap. 2. n. 25.

Limita 2. in Bachalauris simplicibus , Carvalh. in cap. Raynaldus , de Testam. p. 1. n. 295

Limita 3. , quando nobilis tempore contractus scienter se nobilem esse negavit ; Phæb. p. 2. arrest. 50. vers. Et circa.

Limita 4. in Nobili conductore redditum Regalium , & Regis debitore , Salgad. de Reg. proœct. p. 2. cap. 4. n. 98. , ubi in n. 71. , idem dicit de Clerico , Thom. Vaz alleg. 13. n. 212. , Peg. tom. 12. ad Ord. lib. 2. tit. 52. glof. 11. num. 21.

Limita 5. in debito pro pretio suæ redēptionis à captivitate , Olea de Cef. jur. tit. 6. q. 4. in Addit. post n. 22. , Mieres de Major. at. p. 4. q. 1. limit. 4. n. 10.

Limita 6. in nobili condemnato ad facti præstatiōnem , Olea de Cef. jur. tit. 5. q. 8. ex n. 9.

Limita 7. , quando carceratio pro poena destinatur & infligitur , ex doctrina Parex. de Instrum. edit. tit. 8. resol. 2. ex n. 7. , ubi n. 9. distinguit carcerem poenæ à carcere custodie ; dubitat tamen Raynald. in Synt. rev. crimin. , relatus à Sabell. in Sum. §. Cancer , n. 4. vers. Quando autem.

Limita 8. in crimine deflorationis , ut tenet Phæb. p. 1. arrest. 109. , Barbos. in Addit. ad Ord. lib. 5. tit. 145. ; sed contrarium judicatum fuit in sequenti Arresto , quod refert Senator Oliveira ad hanc Ordinationem : *Miguel de Alvellos Carneiro , sendo preso em casa de huma moça , requirevo homenagem , a que lhe naõ desferio o Juiz do Crime da Mouraria , pela razão de ser caso de virgindade ; e aggravando para a Relação , se lhe concedeo , sem embargo da opinião de Phebo no arresto 109. : foram Juizes os Desembargadores Francisco Dias do Amaral , Luiz Quifel Barbarino , e Miguel Barbosa Carneiro em 9. de Julho de 1712. , Escrivão Joaõ Alvares Vieira. Quod tamen limita , si ad stuprum vis inferatur , ut supr. notavimus verb. Corrompendo algum homem mulher por força , &c.*

Et an Nobilis possit huic privilegio renuntiare ? vide Narbon. in L. 14. tit. 2. glof. 4. per tot. lib. 2. pag. 822. , Covas in cap. Quamvis , p. 2. in initio , n. 125. , Gom. in L. 79. Taur. n. 3. , Fermoſin. in cap. Si diligenter 12. , de For. compet. q. 10. , Phæb. p. 1. dec. 48. , Portug. de Donat. p. 2. cap. 17. n. 97. , Fragos. de Regin. Reip. p. 1. lib. 3. disp. 6. n. 154. & 155. , Sabell. in Sum. §. Nobilitas , n. 11. Cætera dicemus in verb. Homenagem.

(a) Concordat Ord. lib. 1. tit. 48. §. 22. , & vide Manz. ad Tit. de Postuland. ex num. 4. , & ad Tit. de Procurator. ex n. 75. , Fragos. de Regin. Reipubl. p. 1. lib. 5. disp. 13. §. 10.

n. 247. , Altimar de Nullit. sentent. rubr. 11. q. 31. num. 97. Harppr. in §. Procurator 1. Instit. De iis per quos agere possumus , num. 141. Si tamen de facto in Judicio isti nobiles procurant , & nihil à parte opponatur , valebit Judicium ; Fragos. d. disp. 13. d. n. 247. , ex Cald. Per. de Extinct. empht. cap. 17. n. 10. versc. Infero vigesimo secundo.

(b) Vide Fragos. de Regin. Reipubl. p. 1. lib. 3. disp. 6. n. 145. , Thom. Vaz alleg. 72. à n. 74. , Reynos. observ. 44. à n. 19. , & seqq. , Peg. For. cap. 1. à n. 76. , Guerreir. de Inventar. lib. 2. cap. 5. n. 38. , latissimè Moraes de Execut. lib. 4. cap. 8. à n. 1.

Et nota , quòd si Adversarius dicat apocham non esse scriptam ab ea persona , cui adscribitur , vel eam non habere qualitatem ab hac Lege requisitam , erit de hoc ante omnia cognoscendum , Cald. de Poteſt. eligend. cap. 7. n. 25. , ubi dicit has apochas per se ipsas fidem facere , & parataim habere executionem , si non inficiantur , sed Gabr. Per. dec. 79. n. 2. ait chyrographis nobilium , de quibus agitur in hoc §. , statim assignari decem dies , ut Reus in illis vel solutionem , vel facilitatem chyrographi probare possit.

Ad verb. Sendo contra elles ; nota , quòd tunc demùm scriptura privata harum personarum habet vim scripturæ publicæ , quando fuerit in præjudicium talium personarum ; secùs verò in præjudicium tertii ; Thom. Vaz alleg. 72. n. 83. , Barbos. in Remission. ad hunc §. n. 7. , Moraes de Execut. lib. 4. cap. 8. n. 111. & 114.

(c) Vide optimè ad materiam hujus Legis Narbon. p. 3. Recopilat. lib. 2. tit. 4. L. 61. glof. 1. per tot. , Carrafc. in tract. de Nobili non torquendo , Fragos. de Regin. Reip. p. 1. lib. 3. disp. 6. §. 8. n. 151. , & lib. 5. disp. 12. §. 14. n. 83. , & specialiter de Doctoribus Cardin. de Luc. tom. 3. tit. de Praeminent. discurs. 35. , Carvalh. in cap. Raynaldus , de Testam. p. 1. n. 270.

(d) Vide supra notata verb. Citedo pôde ser para vir pessoalmente perante El-Rey o Fidalgo , ou Senhor de Terras , &c.

(e) Ad materiam hujus Ordinationis vide Cabed. p. 2. dec. 112. n. 4. , Valasc. de Jur. empht. q. 8. n. 38. , Ægid. in L. Ex hoc jure , p. 1. cap. 2. à n. 8. ff. de Just. & Jur. , Larream alleg. Fiscaſ. 110. , Portug. de Donat. tom. 2. cap. 43. à num. 83.

(f) Explicit dispositionem hujus Legis in sequenti Nota Senator Oliveira : Entende-se do caso de se chamar o delinquente Fidalgo , e tomar o appellido , que lhe naõ pertence , e houver dûvida em sua fidalguia ; para cuja averiguacão quer El-Rey que se recorra a elle : mas naõ havendo estas circumstanças , he certo que quanto para se julgar o caso de rapto naõ he necessario tal recurso.

(a) Pro-

Fidalgo se alguem se fizer, ou se nomear, naõ o sendo da parte de seu pay, ou māy, tem pena de cem cruzados, e paga as custas em tresdobro, *liv. 5. tit. 92.*
§. 6. (a)

Fidalgo, que casa com duas mulheres, sendo a segunda de menor condição, naõ se fará nelle execução de morte, sem o saber El-Rey, *liv. 5. tit. 19. §. 1.*

Fidalgo, que privilegios tem, e seus Cafeiros; vide verb. *Privilegios*; & verb. *Cafeiros*.

FIDEICOMMISSO se pôde deixar em Codicillo, *liv. 4. tit. 87. §. 10.* (b)

